

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 117. Conspiratio ab ipsomet Piscario Cæsari manisestata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. præstare renuerent. Pactis hisce con-
A.C. 1525. ditionibus quantocius Mentebona Ro-
 mam petiit, ut eas Pontifex ratas ha-
 beret; Santos vero Lugdunum ire spo-
 pondit, ut Regini Administratricem ad
 firmandum hoc fœdus induceret. Hæc
 eo libentius nomen suum dedit, quo a-
 cerbius in Cæsarem odium foveret, eo-
 quod ipse Regem ejus filium libertati
 restituere pertinacius cunctaretur: Ita-
 que Fœderatis accedens, non solum re-
 ligiosum rei gestæ silentium, sed etiam
 medium sumptuum partem promisit.
 Sub idem tempus Mentebona disparuit,
 nec ultra unquam reversus est; Santos
 vero e Francia redux in Grisonum al-
 pibus a Latronibus occisus fuit; quam-
 vis rumor esset, utrumque Antonii Le-
 væ impulsu a Sicariis fuisse sublatum.

§. CXVII.

*Conspiratio ab ipsomet Piscario Cæ-
 sari manifestata.*

Paulo post nunciatum erat Piscario,
 Mentebonam nuspian ultra inveni-
 ri, Santum quoque fuisse trucidatum,
 quocirca Piscarius secretas eorum epi-
 stolas fuisse interceptas, ac cuncta con-
 spirationis arcana prodita veritus, Ca-
 staldum intimum amicum suum ad Cæ-
 sarem ablegabat, qui clandestina eidem
 mani-

manifestaret consilia, simulque significa- Sæcn. XVI.
A.G. 1525
ret, se ejusmodi molitionibus simulate
affensisse, easque detegere fuisse cun-
ctatum, ut totam conspirationis seriem
penitus assequeretur, eoque certius fœ-
deratos falleret. Rescriptit Piscario Cæ-
sar, eumque admonuit, ut cum Papa,
Venetis, & Morono Cancellario agere
pergeret: ipse vero interea cum iisdem
rem ita gesit, ut brevi certæ in Italia
pacis spes assulgere videretur.

§. CXVIII.

*Cæsar Italiam manifestat, sibi conspi-
rationem esse detectam.*

Paulopost Imperator Castaldum ad Pi-
scarium remisit, eique significari
jussit, nunc e re fore, ut Italiam ostenda-
tur, eorum conspirationem esse dete-
ctam, proin Moronum Cancellarium cu-
stodiæ dandum, nilque intentatum relin-
quendum, ut Mediolanensis Ducatus
rursum in Cæsaris obsequium revocetur.

§. CXIX.

*Cæsaris iussa Piscario data pro Me-
diolanensi Ducatu expugnando.*

Piscarius accepto Cæsaris mandato Guicci. l. 16.
quantocius copias suas auxit, Pa-
piam & Laudam munimentis firmavit,
ac nova his urbibus præsidia imposuit,
denique Morono significari jussit, rupta
Hist. Eccles. Tom. XXXIV. Oo omni